









1677.

1. Bechmann, Joh. Volk: De delictis poena gladii. Cascon.  
dis.
- 2<sup>956</sup> Bechmann, Joh. Volk: De civitatis ex mutuo obli-  
gatione ad l. civitas. 37 T. de reb. credit.
3. Falckner, Johann Christoph: De eo, quod justum est circa  
infirmam.
4. Falckner, Johann Christoph: De infirmitate ejusque  
poena in civitatibus.
5. Falckner, Joh. Christophorus: Tus delo berauoli . . .
6. Falckner, Joh. Christoph: De salariis praecipue vero  
pastorum
7. Friesen, Johannes Bernhardus: De periculo rei venditae  
et nondum habitae.
8. Friesen, Johannes Bernhardus: De advocatorum inhabili-  
tate
9. Friesen, Joh. Bernhardus: De citatione reali . . .
- 10<sup>2113</sup> dyncker, Nicolaus Christophorus: De beneficito.  
29 Febr. 1677 - 1743



1677.

12<sup>a</sup> <sup>id</sup> Lynckerus, Nicolaus Christophorus: De consensu Electorali

13. Muellerus, Petrus: De probatione paupertatis.

14. Ribler, Jacobus: De moralitate pii, quod oscant,  
mendacii.

15<sup>a</sup> <sup>id</sup> Roth, Henricus Balthus: De fidejussoribus delin-  
quentibus. 2 Imp. 1677 et 1745.

16. Roth, Henricus Balthus: De imperio parisi in pacem.



li

h  
)

h.



66.





DISPUTATIO JURIDICA

DE

ADVOCATO-  
RUM INHABILITATE,

*Quam*

D. O. M. A.

Permissu Magnifici Jctorum Ordinis  
PRÆSIDE

IOHANNES BERN-  
HARDO *Friesen / 12/21*

Phil. & U. J. D. Illustris Regiminis Saxo-Jenensis Adv-  
cato Ordinario, Fautore suo maxime colendo,

In Illustri Academia Jenensi

*ventilandam exhibet*

MAURITIUS VOLCMARUS *Götze*

Heringa-Thur. Not. Publ. Caf.

AUT. ET RESP.

Die 14. Augusti Anno M. DC. LXXVII

Jenæ, Literis Johannis Jacobi Bauhoferi.



DISPUTATIO JURIDICA

DE

ADVOCATO

RUM INHABILITATE

QUAM

D. O. M. A.

Pennini Magnifici H. totum Ordinis

PRÆSIDE

IOHANNI BERN-

HARDO

U. D. Illustre Regium Saxo- Saxonis Advoca-

In Illustri Academia Jenensi

MARITIVS VOLCMARUS

Hering - Thun No. Publ. Cas.

ANT. ET RESP.

Die 14. Augusti Anno M. DC. LXXXVII

Jenæ, Lucæ Johannis Jacobi Balthaz.







## I. N. D. N. I. C.

## THES I.

**L**udicibus, ob dubium litis eventum, quod-  
 que expedit Reip. lites, quæ restringen-  
 dæ potius quam laxandæ c. 28. x. d. *transf.*  
 facile fortiri finem arg. l. 1. ff. d. *usuc.* hor-  
 tandi c. fin. x. d. *transf.* ad transigendum  
 non compellendi, nisi quibusdam casti-  
 bus *Gail. lib. 2. d. p. p. c. 18. n. 9. est concessa*  
 facultas *Nro. 124. c. 4.* Quæ transactio variis de causis  
 nobilissima conventionis ad omnia perinentis, de quibus  
 negotii contrahendi transigendique causâ consentiunt, qui  
 inter se agunt l. 1. §. 3. d. *pacif.* & quandoque contractus in-  
 nominati est species l. 33. C. d. *transf.* foedum adeo ut errorem  
 hoc ipsum foedum Copmani, Merilly, Wesenbecii erro-  
 rem judicans, erret *Wissenb. Disp. 9. pand. thes. 4.* iccirco  
 transactionem in numerum innominatorum contractuum,  
 quod poenitentia in his obtinens l. 2. §. 2. d. *cond. caus. dat.*  
 in illa non reperiat locum l. 39. C. d. *trans.* referre fastidians;  
 illa enim poenitendi libertas, re conceditur integrâ, contra-  
 hentibus, quod secus ubi aliquo dato à lite recessum arg.  
 l. 5. pr. d. *cond. caus. dat.* & ubi *juxt. l. 38. C. d. transf.* aliquo dato  
 procedit transactio, ablativum dato conditionem & spem  
 dandi arguere non præsentem dationem sat temere dici-  
 tur, uti non rectius, accedente aliquo dato transactionem  
 contractus innominati naturam assumere, essentiam enim  
 ipsam constituit hoc in casu datio, sub lege mutua præsta-  
 tionis, facta, quæ alias causâ appellatur l. 7. §. 2. ff. d. *pacif.* In-  
 terim



verim incommode satis per innominatum contractum transactionem definiri *arg. l. 2. §. 4. ff. d. trans.* motus neutiquam inficitur. Ad conventionis effectum refero transactionem, rei dubia, aliquo dato, retentio, aut promissio, conventam decisionem communiter definitam seu descriptam. Transactio quidem litem, pronuntiando secundum alterutrum, alterius intentione reprobata, præse non definit, sed potius formaliter in abolitione litis sive auda abstinentia consistit, ast, effective adhuc per *l. 7. 17. 33. C. d. trans.* recte satis decisio vocatur *arg. l. 20. C. d. trans.*

II. Frustra vero Magistratu amicabilem compositionem tentante, in Jus eunt litigantes desiderium suum expositum; quæ expositio est postulatio, unde postulare dicuntur. Postulare vero denotat 1. requirere scilicet. *nunc hæc dies aliam vitam,*  
2) *adfert alios mores postulat Ter. in Eyn.* Deinde est velle & cupere ita *Corn. Nep. Eumen. c. 8. n. 2. namque illa phalanx Alexandri Magni, qua Asiam peragravit, deviceratque persas, in veteratâ cum gloria tum etiam licentia non parere se ducibus, sed*  
3) *imperare postulabat.* Præter has significationes accusare denotat: ita dicitur delicti reus postulatus *l. 38. §. 6. ff. ad leg. Jul. d. adult.* item criminis postulatus *l. 41. ff. d. solut.* nondum postulatus vita decedere *l. 31. §. ult. ff. d. donat.* Impuberes tutores suspectos postulare non possunt *§. 4. Inst. d. susp. tut.* & in genere qui suspectos arguunt postulare dicuntur *§. 3. Inst. d. r.* sed magis ad causas civiles videtur restringi *vir. ff. d. postul.* Et est desiderium suum, vel amici sui, in iure apud eum qui Jurisdictioni præest exponere: aut alterius desiderio contradicere *l. 1. §. 2. ff. d. postul.* Ex quo duobus modis pro se & pro alio posse aliquem postulare facile constat. Verum pro aliis postulantes si causam orant & jus suggerunt, Advocati nomine insigniuntur. De quorum inhabilitate juxta institutum nostrum posthac instituenda erit perbrevis tamen disquisitio.



III. Advocati ab Advocando, quia ad causam agendam advocati, alias causidici l. 2. C. d. Adv. d. v. judicior. Causarum patroni l. 5. C. eod. ( utut alias sec. Dd. comm. olim Advocatum inter & Patronum quorum hic erat Orator qui causam agebat, illo jus suggerente, non exigua intercedebat differentia ) Togati l. 3. C. eod. Scholastici l. 2. C. d. lucr. advic. ubi Cofaci. Colbastr. Oratores l. 3. §. 1. C. d. Episc. & Cler. sunt aliud nihil quam viri probi pii & justii arg. l. 6. §. 1. & seqq. C. de quest. in non vulgari dignitate constituti arg. l. 4. §. 1. C. d. adv. div. Jud. & l. 14. C. d. adv. div. judicior. eruditione perspicui arg. l. 2. C. de postul. l. 1. §. 1. C. d. adv. divers. iudici a litigantibus arg. l. 1. §. 4. ff. d. postul. per accidens à Magistratibus l. 9. §. 5. de off. proc. etiam ob rationem l. 2. ff. d. R. J. junct. l. 1. ff. d. admin. jul. inviti constituti arg. l. 7. C. d. postul. qui apud eum qui præest tribunali l. 4. §. 8. ff. d. damn. inf. Et etiam minores Magistratus arg. l. 1. §. 6. ff. d. postul. & mandatarium arg. l. 2. ff. d. Jurisd. non pedaneum judicem arg. l. 12. ff. d. jurisd. re bene ponderata, injuria & dilatione remota l. 6. §. 1. & 4. C. d. postul. in causis alienis judicialibus patrocinantur d. t.

IV. Prætor suæ dignitatis tuendæ & decoris sui causa, ne sine delectu passim apud se postuletur quasdam personas postulare l. 1. pr. & §. 1. ff. d. postul. & consequenter advocare prohibuit. Unde Inhabilitas, ob quam ab Advocatorum dignitate remoti, descendit. Inhabilitas vero quandoque non ab Edicto tantum, sed & à Lege proficiunt. Ordine Inhabilitatis tam quoad Edictum, quam quoad Legem præcipuas considerabimus species.

*Proposito  
et c.*

*Et sic l.  
Major  
Minor, hi  
Puberes  
Impuberes  
Infantes  
Infantia*

V. Ratione ætatis Inhabilitatem juxta prætoris edictum primo pueritia constituit l. 1. §. 3. ff. d. postul. Hic præsupponendum ætatem duplicem esse minorem & majorem arg. §. 2. Inst. qui rest. tut. dar. poss. unde quis major vel minor appellatur. Minores vel puberes sunt vel impuberes §. 3. Inst. de tut. junct. pr. Inst. d. cur. Hi vel Infantes vel infantia proximi,  
-cdil



vel pubertati §. 9. *Inst. d. mūt. ar. stip.* Pubertas itidem vel est plena  
vel minus plena §. 4. *Inst. d. adopt.* De Infantibus cum nullum  
habeant intellectum magna non extat dubitandi ratio. Ceteri  
infra pubertatem quid loquantur intelligunt, unde & spon-  
salia recte contrahunt l. 14. ff. d. spons. adhuc tamen non intel-  
ligunt quid agunt l. 5. ff. d. R. I. Quare etiam Impubes omni-  
bus officiis civilibus abstinere debet. l. 2. §. 1. ff. d. R. I. Imo ad 17  
annum ob imperfectum iudicium illa prohibitio extendi-  
tur l. 1. §. 3. ff. d. post. Dum vero minores vel non habere intelle-  
ctum vel imperfectum assero, non hunc, ac si elapso tempore  
quo ante carebant sortirentur intellectum, habet sentium.  
Quod siquidem falsum est, eorum etiam juxta opinionem,  
qui potentias ab anima distinctas ab eaque profluentes as-  
serunt; & multominus si intellectum cum anima identifi-  
catum juxta sententiam non improbabilem placet propu-  
gnare, obtinet. Sed illi Intellectus, qui eo prorsus uti non  
valet, denegatur, illique imperfectum tribuimus iudicium, qui  
perfecte potentiam intellectivam non potest traducere in  
actum. Operationum autem dictarum defectus, ab organo-  
rum quæ tempore perficiuntur inhabilitate, vel etiam spiri-  
tuum animalium carentia vel ineptitudine provenit. Et ut  
obiter adjiciam & tangam brevibus, Intellectus noster in  
statu conjunctionis cum corpore, utut vis intelligendi cor-  
pori non inhæreat, virium tamen corporeis organis insiden-  
tium consortium efflagitat & phantasmatum indiget. Cum  
quoties interni sensus vel morbo vel somno obligati, non  
minus ligari iudicium doceat experientia, omisso quod qui-  
libet ipse sentiat intelligens, materialia sibi quædam formari  
idola. Quod tamen vix peccati poenæ adscribo, sed intelle-  
ctum inter & phantasiam connexioni, quæ phantasia co-  
operationem exigit; & à lapsu abstrahendo scientiæ ejusdem  
cum nostris essent rationis, quare & non idem acquirendi  
modus? Lapsui interim tantum debemus, maximo quod  
labo-



labore, insignique difficultate ad res clare cognoscendas sit  
opus. Imo absque peccato sine dubio cognitio fuisset excel-  
lentior. Anima vero conjuncta corpori glorioso non esse  
phantasiae satellitium necessarium non diffiteor: Gratia enim,  
quamvis non mutet naturam, interim eam ad perfectiorem  
intelligendi modum evehit.

VI. Quare plenae pubertati legitimam advocandi pote-  
statem antiquitas tribuit. Qua etiam aetate fertur Nerva fi-  
lius de jure responsitasse *l. 1. §. 3. ff. de postul.* quod tempus ci-  
viliter computandum *arg. l. 1. §. 3. ff. d. postul. §. ult. Inst. quib.  
ex caus. man. non lic.* Unde Dd. differentiam inter Advoca-  
tum & Procuratorem colligunt, juxta quos Minor etiam  
17 annis major non potest esse Procurator ad Advocandum  
tamen qui admittitur: argumento ab absurdo & inconvenien-  
ti desumpto. Minore enim Procuratore existente ju-  
diciam redderetur elusorium, & executioni ob in-  
tegrum restitutionem mandari non posset. Sed sententia,  
quoad hoc nullam inter utrumque intercedere differenti-  
am, ob *§. 5. Inst. quib. ex caus. man. non lic.* deinde *arg. l. 1. §. 3.  
ff. d. post.* multo est verior. Neque est quod *§. 5.* restringa-  
tur ad Procuratorem ad negotia, uti & haud majoris est mo-  
menti responsio ad *d. l. 1. §. 3. d. postul.* quod ob separatam in-  
ter Advocare & Procurare naturam nihil concludat & infe-  
rat, quia in *d. §. 5.* Imperator expresse exigit 17 annos, quare  
non potest intelligi Procurator ad negotia, *arg. l. 1. §. 4. ff. d.  
Exer. aet.* Deinde Procurator de quo in *d. §. 5.* est sermo,  
debet esse liber qualem statum negotia non desiderant cum  
a servo possint expediri *d. l. 1. §. 4. & 16. ff. d. Exer. aet.* Eo-  
dem modo nec diversa horum Procurare & Advocare natura  
argumentum *ex l. 1. §. 3. ff. post.* desumptum sufflamina, cum  
advocare sit nobile officium *l. 7. C. d. postul.* vile vero munus  
procurare *arg. l. ult. Inst. d. Except.* ad quod dissentientes,  
quamvis minus recte, juxta paulo post dicenda etiam infamem.



mem admittunt. Non evertit sed confirmat sententiam nostram restitutio, quoniam ubi restitui potest Minor non est procurator; Quæ etiam cessat, quando quod regulariter fit mandato procurator constituitur & domino ejusmodi, qui recte administrare non potest, negotia committenti imputandum l. 23. ff. d. Min. Lex 12. C. d. proc. si a tatem in subiecta materia legitimam dicas 17 annis majorem non habet difficultatis multum. Jure Canonico c. generaliter de proc. in 6. uti & praxi, docente Hahnio ad Wetsnb. de proc. n. 4. res, scil. Minorem prorsus non admittendum, est expedita.

VII. Non omnibus eadem esse honesta atque turpia, sed omnia majorum institutis judicari non inconcinne tradit Corn. Nep. in sui operis præfat. exemplum mulierum adferens quæ apud Græcos & Romanos diversio modo sunt habitæ. Quibus majorem Germanos mulierum curam gessisse observare est ex *Corn. Tac. d. mor. Germ. c. 8. Captivitatem longe impatientius saminarum suarum nomine timent: adeo ut efficacius obligentur animi civitatum quibus inter obfides puella quoque nobiles imperantur.* Sed & hi paulatim Romanos, qui laxas mulieribus habenas non remisere, tam puberibus quam impuberibus & propter sexus infirmitatem & rerum forensium ignorantiam tutores constituentes Ulpian. tit. 11. secuti iisdem quoque juribus utuntur & obtinet; *Fœmina ab omnibus officiis civilibus vel publicis remota sunt, & ideo nec postulare possunt l. 1. ff. R. J. l. 2. §. 5. ff. d. postul.* ita sexus etiam reddit inhabilem personam ad advocandum. Et quia Arist. 1. pol. 8. sequiori sexui virtutes morales tribuit, ideo sexus levitatem non dedisse edicto prætoris ansam asserendum est. Neque etiam judicii infirmitas in diversis specie animabus fundata movit ad edictum constituendum prætorum. Cum in nullo hominum animarum à ceteris differre existimem, & dissimilitudo animarum non est  
tan-



tanta, diversus quantum subinde accidentium apparatus præ se fert, ex accidenti enim id evenit, non ex animarum specie diversarum exigentia: Alias simili quis ratione assereret dum videt alios gibbosos, cæcos, claudos nasci illas dispositiones animas exigere. Sane præterea hoc minus subsistere, quod de acuto sæpe hebes fiat sufficienti est indicio. Salomonis illud, sortitus sum animam bonam, significat animam cum optimo dispositionum temperamento, si enim hoc essentia animæ tribuatur, omnes coeteras stultas fuisse necessario sequitur. Et foeminarum atq; Marium animas non admittere differentiam specificam indicat, *arg. l. 10. ff. d. stat. bom.* maxime si quis concederet foeminam in virum transmutari posse, quemadmodum ex virgine puerum factum esse ac barbam recepisse uxoremque duxisse refert Plinius *lib. 7. c. 4.* Sic ex milite in Ungaria factam esse puerperam ac procreasse prolem, cujus propater Illultris Comes Mansfeldicus extiterit, testis est Bartholinus *Exerc. 7. probl. 2.* referente Sperlingio in Anthropologia *phys. p. m. 723.* Quicquid horum sit ejusmodi transmutationem non implicare contradictionem evidens est. Oritur itaque à deteriori organorum temperamento ista iudicii infirmitas, quam tamen non esse veram causam, patet *arg. l. 1. §. 3. d. postul.* Multominus rei familiaris periculum extorsit Edictum, præterquam quod eadem sæpe ratio magis obtineat in maribus, præstat periculum advocati officium, *arg. l. 9. junct. l. 15. §. 1. C. d. adv. divers. judicior.*

VIII. Maximum ac præcipuum foeminarum munus est, accipere ac tueri partum *l. 14. §. 1. ff. d. edil. ed.* Et quas natura ad hoc progenuit, ut partus ederent, & maxima eis cupiditas in hoc constituta est. *l. 2. C. d. ind. vid. toll.* unde ob periculum in partu sustinendum sæpe sunt melioris conditionis, iisque favor exhibetur *l. 12. §. 1. C. qui pot. in pign. sed*

B pro-





propterea ab advocando remotæ non sunt *arg. l. i. §. 5. ff. d. post.* Aliam adfert rationem *Magon. Cynof. advoc. p. 3. c. 2. num. 13.* referente *Hillig. ad Donell. lib. 18. cap. 3. lit. V.* ne Judex mulieris venustate vel facundia amore captus facile corrumpatur, quæ faceta ratio videtur omnino rejicienda, quoniam ob alterius delictum puniretur mulier, & inhabilitas ex parte non mulieris sed judicis dicenda. Deinde ratio hæc intentioni edicti è diametro repugnat, quod propositum, habendæ rationis causa suæque dignitatis tuendæ & decoris sui causa, sane vitio esset magistratui vertendum, qui ne tanta quidem, ut ob pulchritudinem exortos affectus valeret extinguere, vel prorsus avertere, prudentia esset præditus. Nimum dum probat nihil operatur ratio à *Treutl. de post. teste Feslo lib. 13.* allata, quod illi qui postulabant in ordine stabant aduentium prætorem, ita enim nequidem postulare potuissent quod tamen repugnat. *l. i. §. 5. ff. d. postul.*

IX. Prohibendi itaque ratio est, ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immisceant: ne virilibus officiis fungantur mulieres, *l. i. §. 5. ff. d. postul.* Origo vero introducta est à *Carfania* improbilissima fœcina, quæ inverecunde postulans, & magistratum inquietans causam dedit edicto *d. rest.* Fœminam hanc alii *Calphurniam*, alii *C. Afraniam* appellare malunt. Apud *Juvenal.* *Carfania*, non in jure protervæ, sed impudicæ & lascivæ fit mentio. *Afrania* itidem apud *Valerium* reperitur quæ admodum litigiosa & pro se postulavit, unde tamen edictum non proficiscitur. *vid. Hillig. ad Donell. lib. 18. c. 3. lit. V.* Nobis sufficit mulierem inverecunde postulantem edicto causam dedisse, de nomine rei veritati nihil officiente minus solliciti. Hinc illud *Arist. l. i. pol. 8.* γυναικι κόσμος η σιγη Φέρει. Hæc prohibitio adeo extenditur ut nec pro liberis in judicio standi personam legiti-



timam habeant l. 31. §. 6. ff. d. neg. gest. Nisi eorum sint tutrices arg. Auth. mari & Avia C. q. mul. var. off. fung. pot. quo casu dari tutorem ad litem testatur Brunnus. h. r. l. 1. n. 16. sic quoque in liberali causa conceditur mulieribus adeundi præ-torem potestas l. 3. §. 2. ff. d. lib. caus.

X. Sit itaque origo ita à Carfania improbissima foemina inverecunde desiderium exponente magistratumque inquietante introducta, ideone probam foeminam, tum à sensu contrario tum quod cessante causa cesset effectus arg. l. 52. C. d. Episc. & Cler. admittendam statuendum: sed nihil hilce obrnitibus negativam sustinet Glossa ad l. 1. §. 5. ff. d. postul. quod improbitas Carfaniæ sit duntaxat causa impulsiva non finalis, ita ut illa cessante Lex adduc obtineat, quæ tollatur causa finali non subsistente. Certum quidem est Improbitatem præ-torem impulsisse ad edictum in foeminas proponendum, lexumque excipiendum & quidem ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immisceant. Verum causam finalem quoque cessare ponamus, non minus tamen obligandi vim retinere legem nec per hoc sublatam esse arbitror, quemadmodum enim ferre & condere sic tollere & abrogare legem summæ est potestatis; adeo ut, etiamsi certissime constet legislatorem ob causam cessantem legem promulgasse, quod quidem cognitu est admodum difficile, Lex immutata subsistat. Neque contrarium inducit d. l. 52. C. d. Episc. & Cler. ubi sufficienter expressum circa quod constitutio sit occupata & quibus personis beneficium concessum, quæ itaque tales non sunt eis quoque beneficium non est indultum, quod non est cessante sine legem cessare. Et improprie Lex cessare dicitur in quo calu nunquam obtinuit.

XI. Infamia, quæ non nisi per consequentiam & ex accidenti est famæ & exilimationis imminutio arg. l. 5. §. 1.

B 2





¶ *seqq. ff. & extr. Cogn.* proprie autem ex turpi facto sive delicto contracta macula l. 14. & 20. C. *Ex quibus caus. infam.* irrog. facit quoque personam ad advocandum inhabilem, quos enim infamia ab honestorum coetu segregat, eis dignitatis portæ non patent l. 2. C. *de dign.* ergo nec Advocare possunt. *arg. l. 7. C. d. post.* Et sane cum Advocati nunquam causam injustam ut talem defendant, ne quidem in tantum ut eam hoc remedio differant aut litem protrahant, ac *sacro sanctis Evangelis tactis iuramentum præstent quod omni quidem virtute sua omnique ope quod verum & iustum existimaverint, clientibus suis inferre procurabunt, nihil studii relinquentes, quod sibi possibile est: non autem credita sibi causa cognita: quod improba sit vel penitus desperata, & ex mendacibus allegationibus composita, ipsi scientes prudentesque mala conscientia liti patrocinantur: sed etsi certamine procedente aliquid tale sibi cognitum fuerit, ab causa recedent ab huiusmodi communiōne sese penitus separantes l. 14. §. 1. C. d. jud.* Imo necesse sit, Advocati præbeant patrocinia iurgantibus, ut non ultra quàm licitum poseit utilitas in licentiam conviciandi prorumpant, agant, quod causa desiderat; temperent se ab injuria l. 6. §. 1. C. d. postul. nec in bona quidem causa cavillationibus & fallaciis uti Advocatum deceat *arg. d. l. 14. §. 1. C. d. jud.* quorum nihil præstare quos scelus aut vitæ turpitudine inquinavit merito præsumuntur. Nec obstat quod infamis Procurator esse possit, quoniam vile est procuratoris, Advocati verò nobile officium. Deinde negatur ad procurandum etiam jure Civili, quoniam jure Can. quod sequimur illud expeditum



tum, infamem admitti. Ante Justiniani tempora id parum habet difficultatis *arg. §. ult. Inst. d. Except.* Tempore vero Justiniani ac dein admissum existimant per *d. §. ult. d. Except.* tum quod Exceptio exoleverit & deinde ne hac opposita exceptione ipsius negotii disceptatio proteletur, sed recte exponitur *§. ult. d. Except.* de infamia non notoria *arg. d. §. vers. altercatur, Inst. d. Except.* ad quam, allegatæ rationes recte accommodantur. Quia præterea infames postulare & Advocare non possunt nec procurare poterunt, non ac officium Advocati quoad dignitatem à Procuratoribus non distet, sed quod dignitas non pariat argumentum, desumitur enim à paritate rationis, quæ in Advocato est prætoris dignitatis & decoris conservatio *l. 1. §. 2. ff. d. postul.* quæ eodem in Procuratore qui & procurando postulare dicitur. *l. 33. §. 3. ff. de procurat.*

XII. Infamia notati absolute Advocare non prohibentur quarundam enim personarum desiderium in jure exponere eis permissum, ut puta, pro parente, fratre, sorore, uxore, socero, Patrono, patrona, eorumque liberis & aliis *l. 1. §. fin. & seqq. ff. d. postulat.* quo referuntur à *VVesenb. parat. d. post. num. 4.* cognati ad quartum gradum usque, sed opinio hæc vel ideo non parum habet dubii quod argumentum desumptum *ex l. 4. ff. d. testibus.* ne quidem antecedens contineat verum, quoniam per propiorem gradum intelligunt quidam decimum, alii septimum, sextum vel tertium propugnant. Tutior itaque est via, si quis personas textibus dictis enumeratas intelligat, ad quas autem ulterius sint extendendæ, illud tanquam indeterminatum nobis definiendum non sumimus, illud unum notantes melioris esse infames conditionis insigni turpitudine deformatis, qui referuntur *in l. 1. §. 6 ff. d. post.* inter quos quoque est capitali crimine damnatus, qui non videtur frustra exceptus, modo ponantur termini habiles videlicet si necdum pœnam passus aut si fortean pœnam evaserit. *arg. l. 9. C. ad leg. jul.*



*d. adult.* vel si à Principe sit restitutus *l. ult. Cod. d. gen. abol.* à deo  
verò sunt infames melioris Conditionis, quasi minus deli-  
querint hi, quam v. g. capitali crimine damnatus, neque ob-  
stat quod objici solet vitæ æquiparari famam juxta *l. 9. ff. d.  
man. vind.* hoc enim verum arbitror juxta *cir. text.* respectu  
justæ manumissionis causæ, non vero ac si nihil inter u-  
tramque intersit, quemadmodum justæ exheredationis cau-  
sæ omnes in eo conveniunt quod ob has exhereditatio sub-  
stat non vero ac si à se nihil distarent *Nov. 115. c. 3. & 4.*

XIII. Præterea furdus & cæcus prohibentur Advocare  
& inter inhabiles numerantur *l. 1. §. 3. & 5. ff. de post.* Ille quia  
*decretum* prætoris exaudire non potest, quod ei esset peri-  
culosum si admitteretur. Nam non exaudito decreto præ-  
toris, quasi non obtemperasset, pœna, ut contumax plecter-  
retur *d. §. 2.* Cæcus verò utriusque luminibus orbatus vide-  
licet quod insignia magistratus videre & revereri non pos-  
sit *d. l. 1. §. 5. ff. de postul.* non ac si visio fieret per emissionem  
ex oculis ut Xenocrates voluit, quoniam radii emissarii vel  
ad oculum ad faciendam visionem regrediuntur, quod  
quomodo fiat & quis cogat redire, non patet, item mi-  
grabit accidens de subiecto in subiectum: item vel redeunt  
iidem vel alii si prius, in quæstione est quare post redi-  
tum visionem operentur quam cum in subiecto existerent  
causare non poterant; si vero sint diversi de causâ eorum  
productiva est laborandum. Imo probatur quod paulo ante  
reiciebatur scil. visionem per receptionum radiorum fieri.  
Radii adhæc vel erunt substantia vel accidens; si substan-  
tia & quidem corporea superest quæstio quomodo possint  
penetrare per tunicas oculi? Si accidens ergo dabitur ac-  
cidens extra subiectum, vel migrat de subiecto in subiectum  
quod utrumque absurdum. Radii vero si manent foris, vi-  
sio non erit actio immanens. Quod itaque doleant oculi  
si



si rem procul positam diu aspiciamus, inde est quod ex  
vehementi conatu potentia impenderit & consumserit mul-  
tos spiritus animales visorios, non ac si oculi aliquid emise-  
rint. Neque etiam ac si species visibiles recipere non pos-  
set, quia receptio specierum non constituit visionem quod  
animalia quaedam oculis apertis dormientia sine dubio re-  
cipiant objectorum species & tamen propterea non videant.  
Imo homo diligenter studiis invigilans ita rapitur saepe co-  
gitationibus, ut apertissimis oculis videat nihil, non aliam  
ob causam quam quod anima interioribus occupata non  
insuat in actionem sensus externi. Ex quo itaque patet qua-  
re videre non possit, quia ob organum laesum anima non  
potest producere actionem sensus externi, neque forma spe-  
ciem visivam expressam. Prohibetur vero coecus utrisque lu-  
minibus orbatus, quia si uno adhuc sit instructus oculo, non  
prohiberi manifestum est, quia in eo cessat ratio prohibitionis,  
quod signa magistratus videre & revereri potest. unum enim  
lumen cum altero non concurrat ut causa partialis sed animal  
duobus oculis instructum rem eandem duplici sibi repraesentat  
visione, quod autem una eademque res duabus distinctis visio-  
nibus appareat tamen una, a Physicis ratio solet assignari, quod  
neuro oculo detorto existente, visio utraque in oculo u-  
troque sit simillima repraesentans objectum in eodem loco.

XIV. Haec enim inhabilitatem quam personae inhabiles  
edicto contrahunt discussimus, quam legibus notata exci-  
pit. Quoad effectum quidem vix distare legem & edi-  
ctum est in aprico, non propterea tamen magis est legi  
tribuendum ad edictum quod pertinet, quam edictum le-  
gem esse & vice versa legem edictum asserere, aequale est  
perspicuum; non enim quae operantur eodem modo & e-  
undem praeducunt effectum, identificantur. A lege inha-  
bilitas advocatorum non uno proficitur modo, quando-  
que





que enim absolute removentur, certo respectu interdum in certis nimirum causis quoad certas personas. Omnino qui removentur considerabimus primo.

XV. Primo ob legem in totum inhabiles sunt qui Christiani non sunt *l. fin. C. d. post.* Alii hæreticos non ad admitti *per d. leg. fin.* inquirunt. Verum quidem esse arbitror & non Christianum & hæreticum quoque illa lege prohiberi quamvis idem non sit Hæreticus & non Christianus. Imo adeo differunt ut verum sit nullum Hæreticum esse non Christianum & versa vice. Quia Hæreticus est qui Christianus quidem esse desiderat, sed errorem in necessariis ad salutem fovet: Coeteros vero infideles rectius quam Hæreticos dixeris. Quod tamen Theologis discutiendum relinquimus; posita hac distinctione subscribimus sententiæ eorum qui hæreticos & non Christianos excludos *per l. fin. C. d. post.* statuunt, quoniam uterque & hæretici & non Christiani catholicæ religionis non sunt imbuti mysteriis. Ratio prohibitionis in Christianis est, quod advocatorum sit lapsa erigere fatigata reparare, & non minus providere humano generi quam si præliis atque vulneribus patriam parentesque salvarent *l. 14. C. d. advoc. dic. judicior.* nihil horum præstarent notorii & professi religionis Christianæ hostes. Ab hæreticis frustra auxilii plus expectamus, cum religionum diversitas & animos distrahat & integram super Remp. vel pessumdet vel turbet. Sed eo nolo delabi, ut turbas has atque everfiones religionis diversitati assignem sed afficientibus potius injuria à religione divertentes. Utrum vero adhuc hodie in nostra Rep. Rom. si Resp. propriè dicenda, obtineat *d. l. fin. C. d. post.* nobis decidendum non sumimus. *Brunneman. in d. l. fin.* videtur ejus vigorem tueri & ideo solum triplici religioni addictos admittit ad advocandum, quod nondum constet quæ religionum vere catho-  
lica



lica sit. Sed Theologis hoc accuratius examinandum relinquimus, quum etiam dubitem utrum, hæc incertitudo striete loquendo illam facultatem extorserit.

XVI. Militia jure civ. Rom. in genere triplex est: *Armata* quæ belli causa armis geritur l. 6. & 18. ff. d. re. jud. Deinde *Togata* quam Magistratus, judices, Assessores, Professores liberalium artium, Advocati exercent juxt. *DD. comm. in l. 14. C. d. adv. div. Jud.* Denique *Palatina*. Dicebantur autem juxta *Peregrin. com. ad tit. d. priv. cor. q. in sac. mil. pal. mil.* in palatio militare qui non armis sed consiliis opem ferebant, & alia munia aulica obibant, de priori nobis impræsentiarum est sermo. Itaque milites armis non privatis negotiis occupentur, ut numeris & signis suis jugiter inhaerentes, Remp. à qua aluntur ab omni bellorum necessitate defendant quare ne armorem usû omisso ad privatorum negotia se conferant, Advocati esse non possunt, *arg. l. 31. C. d. loc. & cond.* Et præterea juxta infra notanda advocati litteris eruditi esse debent l. 2. C. d. post. in militibus vero ignorantia juris propter simplicitatem armatæ militiae reperitur. Neque obstat quod advocati qui dirimunt ambigua facta causarum, non minus provident humano generi, quam si præliis atque vulneribus patriam salvarent. In eo quidem quod laborantium spem, vitam & posteros defendant milites & advocati conveniunt, in præstandi modo tamen multum differunt, illis Clypeis Gladiis & thoracibus nitentibus; His jura Interpretantibus. Jura suggerendo itaque lapsa erigunt fatigataque reparant. Militibus iccirco quia nequidem pro patre matre vel uxore procuratorio nomine, experiri conceditur sine offensa militaris disciplinae §. ult. *Inst. d. Except.* multo minus poterint advocare. *Rittersb. Nov. Expos. p. 14. c. 2.* quod intelligendum censemus de militibus non vero de Veteranis *arg. l. 8. §. 2. d. proc. & defens.*

C

Ne-



110  
Neque obstat quod in Veteranis eadem videatur ratio quæ  
in cæteris militibus *arg. l. ult. C. d. his qui non impl. stip.* quia  
Veteranorum duplex est acceptio: designatur enim per ve-  
teranum ille qui legitima veteranorum stipendia consecu-  
runt *d. l. ult. C. d. his qui non impl. stip.* quatenus non confi-  
deratur quando Veterano potestatem advocandi tribui.  
Dein connotat veteranus eum qui exacto militiae tempore  
honestam Impetravit dimissionem *l. 2. ff. d. Veter. & militi*  
*opponitur §. 3. Inst. d. test. mil.* in quo cum ratio generalis  
cesset & juris cessat dispositio.

XVII. Servitus non minus reddit ad advocandum inha-  
bilem, quia mortalitati fere comparatur *l. 209. ff. d. R. J. Et.*  
servi quoad jus civile pro nullis habentur personamque non  
possunt habere legitimam, qui prorsus personam non ha-  
bent, imo nequidem in iudicium vocari possunt *l. 3. ff.*  
*no q. cum qui in jus. voc. vi exim.* Quia etiam Monachi non  
*à mōv* & *dx* quasi soli & tristes, sed simpliciter à so-  
litudine ita dicti, æquiparantur servis, uti pluribus ostendit  
*Everhardus loc. 24. à Servo ad Monachum* ideo & illi advo-  
care non valent. Assentior quidem Everhardo, a Servo  
ad Monachum valere consequentiam, sed propterea locum  
proprium fuisse formandum ac si singulare esset à Servo  
ad Monachum procedere, cum totum illud dependeat à  
*loco Topica à simili* haud possum asserere.

XVIII. Licet ex meretricia conjunctione nati vulgo tan-  
quam infames habeantur, tales tamen cum nihil admiserint  
unde possit infamia proficisci non sunt, nihilom. in Camera  
Imp. non admittuntur *Ord. Cam. p. 1. tit. 18.*

XIX. Pactum quod duorum pluriumve in idem pla-  
citurum consensu *l. 1. §. 2. ff. d. pact.* est res in Rep. non tantum  
necessaria sed etiam licita, quid enim tam congruum fi-  
dei humanæ, quam ea quæ inter eos placuerunt servare  
*d. l. 1.*



*d. l. i. pr. ff. d. pact.* quod tamen de pacto in tota sua latitudine non est affirmandum, quædam enim pactorum genera sunt illicita *vid. Mag. D. Scruu. Synt. jur. Civ. Exer. 6. th. 44.* inter quæ & pactum de quota litis referendum, quare, si qui advocatorum existimationi suæ immensa atque illicita compendia prætulisse sub nomine honorariorum ex ipsius negociis, quæ tuenda susceperint, emolumenta sibi certæ partis cum gravi damno litigatoris & depraedatione poscentes fuerint inventi: placuit ut omnes, qui in hujusmodi sævitate permanserint, ab hac professione penitus arceantur, *l. 5. C. d. postul.* hoc siquidem pactum bonis moribus adversatur, & si hoc admitteretur, præberetur advocatis calumniose litigandi & veritatem propter spem lucri oppugnandi occasio. Sub spe tamen patrocinii præstandi non improbat certam quantitatem legibus definitam dari *l. i. §. 12. d. Extraord. cognit.*

XIX. Uti vero jam tum ex advocati definitione liquet, Advocati sint juris periti est simpliciter necessarium *l. 2. C. d. postul.* cum enim juxta *Fabrum ad §. 3. Inst. d. leg. praxis sit,* scientiam juris applicare negotiis, impossibile est ut quis jus suggerere possit, qui ejus nullam habet notitiam. Hanc peritiam ut quis acquireret, Justinianus in Procem. pand. quinquennium præfixit, quod tempus alii extendunt magis cum jura post Imperatorem mirum in modum creverint, & ad Corpus juris civilis non Jus solum canonicum quibusdam saltem in materiis sed insuper Recessus Imperii & alia accesserint. Sed ut certum sit, peritiam juris Rom. non esse hominibus infusam, sed ut ceteros habitus acquiri studio atque labore, tempore tamen certo ob ingeniorum diverfitatem & improbum discientium laborem frustra peritia hæc juris determinatur. *arg. l. 1. §. 3. ff. d. postul.* Quæ vero quibusdam in locis exiguntur testimonia vel specimina, ac-



quisitæ scientiæ sunt signa, eamque præsupponunt, non tamen intrinsece ad ejus constitutionem concurrunt vel requiruntur, quare hæc & similia non desiderantur aliter, quam alias rei, de qua manifesto non constat, probatio. Utrum dicta specimina sint saltem de essentia probationis instar testium in testamento, cujuslibet loci statuto relinquo. Ad hæc disjunctivam orationem unius partis veritate contentam esse, extra controversiam est *arg. §. si plures condit. Inst. d. rer. Inst.* Unde in alternativis sufficit alterum adimpleri *c. 70. d. reg. jur. in 6.* Hinc in aprico est quod juxta constitutionem Elector: quæ exigit ab eo qui advocare intendit testimonium publicum *aut* specimen, omnino ad advocandum sit admittendus, qui publicum duntaxat testimonium, vel publicum solum specimen producere valet, multo magis profecto ille qui utroque est instructus & publicum testimonium habet & præterea publicum edidit specimen


XXI. Hactenus de iis qui in totum sunt Lege inhabiles; nunc sequuntur ii qui certo respectu advocare non possunt. Institutum autem nostrum non admittit ut omnes pro dignitate examinemus, quare instar Corrollariorum paucis os tangere arridet, amplio rem discursum publico conflictui reservantes. Sunt vero primo, judices in illa causa qua judicant, quoniam aliquem inter judicem & patronos oportet esse delectum *l. 6. pr. C. d. post.* quo refero obsimilem rationem arbitros. Deinde potentiores *r. r. C. ne lic. potent. & c. Tertio Clerici nisi pro certis personis c. 1. & c. fin. X. d. post.* Huc quoque spectare libertum respectu patronum asserit *Vvesenb. d. post. n. 5. per l. 2. C. d. post.* ubi tamen nihil reperitur. prohibetur etiam Vasallus propter reverentiam *2. Feud. 6* Donatarium quoque excipit *Gail. l. 1. O. 38. n. 6.* quod non obtinet nisi malitiose advocando Donatori damnum grave inferat *per l. fin. C. d. rev. don.*

**SOLI DEO GLORIA.**











ULB Halle  
005 132 452


3




*107*











B.I.G.

Farbkarte #13

703. 106.  
9

JURIDICA' 1670, 8

CATO.  
BILITATE,

M. A.  
[Ctorum Ordinis  
IDE

E BERN-  
Friesen / (2/2)

inis Saxo-Jenensis Advo-  
uo maxime colendo,  
lemia Jenensi  
n exhibet

CMARUS Götz  
Not. Publ. Cæs.

RESP.  
M. DC. LXXVII

Jacobi Bauhoferi.